Anno 1532 24 Febr. Ex M. S. B. Zal.

Sigismundus Primus Rex
Poloniae
Ludovico Griti

29

Mce sincere Nobis dilecte, accepimus literas Se-
rus Tuae quibus suam erga Nos, et totam Rpticam
Christianam, propensione testatur et esplicat, quae
cum sit nobis ut debet, magnopere grata, pro illa si-
mul et pro officiis, quae in promovendis isthic nego-
ciis Nostris sedulo et cum affectu praestat, illi magna
agimus et habemus gratias Quod vero Nobis per-
svadet, et consulit, Stas tua demittendo isthuc Nun-
cio Nro et captivis Valachis isti Suo Imperatori
in munus dandis, consilium hoc non gravatim ac-
plexi, et executi fuissemus, si non prius quae Suitiis
Tuae literae sunt Nobis redditae Nuncium Nostrum
isthuc misissemus, cujus reditum in horas especta-
mus, et miramur quae causa, sit tam tardi ejus
ad Nos reditus. Ut cumque tamen, et Nos prius mise-
rimus isthuc Nuncium, et literae Statis Tuae po-
sterius sunt Nobis redditae, consilium quod Nobis
praescripsit, Stas Tua animo sincero retinebimus
et ubi occasio postulaverit, pro commoditate No-
stra illo utemur. Interea tamen postulamus
a Suitate Tua ut pro sua veteri erga Nos affe-

ctu-

Negocia Nra et Smo Imperatori et Illmo Domi
no Imbrahim Bascha, et magnatibus isthic o
mnibus promoveat et operetur, ne calumniis Va
lachi hostis Nri fides aliqua adhibeatur. Nam
ut intelliget ex hoc Illmo Imbrahim Bascha, Nun
cio nihil ille adversum nos nunciare solet, nisi qd
prorsus falsum et ab omni veritate alienum es
se noscitur.

Ceterum qd de Ducatu Baren. Smae Coniugis
Nrae. hereditate nos submonuit Stas tua memi
nisse volumus, utsi quempiam ex Nris isthuc
mittemus illi cum Smo Imperatore, agere com
mittamus, ne quid ille status Barensis periculi
vel detrimenti, experiri possit. Interea tamen ro
gamus Stem tuam, ut pro sua industria nego
cium hoc cum apud istam Caesaream Mtem tum
apud reliquos insignes istos ver Praefectos curare
et promovere, nosq de omnibus quae ad commodu
et utilitatem Nram, spectare videbuntur, certio
res facere velit. Nos vero vicissim benevolencia
et gratificatione nostra sinceritati Tuae referre
semper curabimus. Quod reliquum est pro novis
rebus quae exinde nobis perscripsit, agimusque
Stis tuae gratias quam salvam et felicem semper
esse ex animo optamus Dat. Cracoviae 11. Februarii
An: 1532 Rni vero 26